Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8336
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



Et sicut lucerna fulgoris illuminabit te. ℣ Lucā.
Illo t. Dixit ihs dis. s. parabolam hanc. Homo quidā nobilis abiit
in regionem longinquam: accipere sibi regnū et reuerti. Vocatis autē
decem seruis suis: dedit illis decem minas: et ait ad illos. Negociamini
dum uenio. Ciues autē eius odiebant illū: et miserūt legacionem
post eū dicentes. Nolumus hunc regnare super nos. Et factū est
ut reuerteret accepto regno: et iussit uocari seruos quibus dederat pecu
niam: ut sciret quānam quisq negociatus esset. Venit autē primus
dicens. Domine: mina tua decem minas acquisiuit. Et ait illi. E
uge bone serue: quia in modico fidelis fuisti. eris potestatem
habens super decem ciuitates. Et alter uenit dicens. Domine: mina
tua fecit quinq minas. Et huic ait. Et tu esto super. v. ciuitates.
Et alter uenit dicens. Domine: ecce mina tua: quā habui repo
sitam in sudario. Timui enim te quia homo austeris es: tollis quod
non posuisti: et metis quod non seminasti. Dicit ei. Deore tuo
te iudico: serue nequā. Sciebas quod ego austeris homo sum
tollens quod non posui. et metens quod non seminaui: et quare
non dedisti pecuniā meā ad mensam: Et ego ueniens: cum
usuris utiq exegissem illud. Et astantibus dixit. Auferte
a illo minam: et date illi qui decem minas habet. Et dixe
runt illi. Domine: x minas habet. Dico enim uob: quia omni ha
benti dabitur: a eo autē qui non habet. et quod habet auferetur
Iustus cor suum ℣ Sapie. (a eo.
tradet ad ingiandum diuicido ad diem qui fecit illum: et in
conspectu altissimi deprecabitur. Aperiet os suum in oracione: et
pro delictis suis deprecabitur. Si enim dns magnus uoluerit.
spū intelligencie replebit illū: et ipse tanquā imbres imitet
eloquia sapiencie sue: et in oracione confitebitur dno. Et
ipse diriget consilium eius et disciplinā: et in abscondito suo
considerabit: et ipse palam faciet disciplinā doctrine sue: et
in lege testamenti dni gliabit. Et laudabunt multi sapienti